aſperitas uitiis corrupte. Vnde pſalmiſta. In ſiti mea po. m. a. Item ace
tum. correptionem ſignificat doctorum. Vnde ſalomon. Acetum in nitro. et qui can
tat carmina cordi peſſimo. Acetum quippe ſi mittatur in nitro. nitrum
continuo ferueſcit et ebullit. et peruerſa mens quando per increpationem corri
pitur. aut per predicationis dulcedinem ad bona ſua ſuadetur. de correpti
one fit deterior. et unde in murmurationis iniquitatem ſuccenditur. unde
debuit ab iniquitate compeſci. Fel amaritudo malicie. unde iudeis
dominus in paſſione. Dederunt in eſcam meam fel. et in ſi. m. p. me. a. Pix in
quinamitum et nigredo delictorum. ut in ſalomone. Qui tetigerit picem.
inquinabitur ab ea. Sicera. eſt fectio quedam malicie. In euangelio. Vinum et ſiceram
non bibet. Calix. domini paſſio. ut ipſe chriſtus ait. Pater. tranſfer calicem hunc
a me. Et pſalmiſta. Calicem ſalutaris ac. Et in alteram partem. Calix
aureus babilon. Merum. ſinceritas iudicii. aut ueritatis. uel caloris
fidei. In pſalmo. Vini meri. plenum mixto. Fex. deſignat illos qui ſecu
re in peccatis quieſcunt. Vnde propheta. Requieſcunt in fecibus ſuis. Cibus uoluntas
uel ſermo domini. ipſo teſte. Meus cibus eſt. ut fa. uo. pa. mei. In rebus enim
obſcurioribus que intelligi nequiunt niſi exponantur. ſcriptura ſacra cibus eſt. quia
quicquid exponitur ut intelligatur. quaſi manditur ut glutiatur. Potus in rebus
apertioribus eſt nobis ſcriptura ſacra. quia potum non mandendo glutimus. Ap
ertiora uero mandata bibimus. quia et non expoſita intelligere ualemus. hic
pſalmus. Torrente uoluptatis tue po. eos. Et pſalmiſta. Potum meum
cum fletu temperabam. Promptuaria. ſunt cordis receptacula. uel preſentis
uite tranſitoria ſubſidia. que in commune iuſtis et iniuſtis largitur deus.
ſed iuſti per hec temporalia bona ita tranſeunt. ut non amittant eterna. In
canticis canticorum. Leua eius ſub capite meo. et dextera eius. am. me. id ſic nos
in hac uita ſuſtentat. ut ad dexteram que intelligitur uita eterna perducat.
Pera. uel ſarcina. ſollicitudo. uel onera et inpedimenta ſeculi. In euangelio. Non pe
ram in uia. Sacculus. theſaurizatio in deo. In euangelio. Facite uobis ſac
culos. qui non ueteraſcunt. Et in aliam partem. Sacculum commune poſſide
amus. id auariciam. Pecunia. uerba diuina. uel ſapientia. Vnde ſalomon.
Pecunia occulta. et ſapientia inuiſa. que utilitas in utriſque. Vellus. chriſtus
per inpluuium legis. uelut in uellus. hoc eſt populum iudeorum deſcendens.
et per euangelium predicationem ſuper terram hoc eſt eccleſiam. Linum. ſpiritualis forti
tudo. candor lucis uel ſubtilitas ſcripturarum. In exodo. Filius inquit